



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 28. Lancianensis, & Panormitani Archiepiscoporum opinio contraria.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæc. XVI.
A. C. 1562.

Postremæ huic opinioni accessit Eblanus Brixienſis Episcopus, duntaxat subjungens, horum Præſulum selectum soli Pontifici esse relinquendum.

§. XXVIII.

Lancianensis, & Panormitani Archiepiscoporum opinio contraria.

Pall. c. 4. n. 9. Verum ex adverso Lancianensis Archiepiscopus ita censuit: „quicquam „indulgendum est nationum illarum in „firmitati, nec adhibenda cum ipsis „curationis severitas, quæ ad mortem „illas pertraheret; nam sic Moyſes „geſſit in permittendo Judæis re- „pudiatio; prout scribit magnus S. Grego- „rius ad Archiepiscopum Moguntinum. „Ad id confirmandum Octavius Precovius e Sancti Francisci familia Archiepiscopus Panormitanus dixit: „cum „ista præſentia Religionis mala prove- „niunt ex severitate, quæ adversus im- „becilles exercebatur, qui ob repulſam „eorum, quæ aliunde permissa ipsis con- „cedi potuiſſent, ad impietatem pro- „lapſi ſunt; nam hoc pacto a Lutero, „ſummopere irritato, quod ipsi, ejus- „que Ordini munus promulgandi indul- „gentias denegaretur, Ecclesia fuit a- „gitata, ac Saxonix Dux, ob repulſam, „quod circa hoc petitum nihil remittatur, indignatus, hujus hæresiarchæ pa- „tra-

„trocinium in se suscepit: pariter exem- Sæcul. XVI.
 „plum Regis Britannici in memoriam A.C. 1562.
 „haud immerito revocari potest, cum
 „sefe unice ab Ecclesia segregarit, eo-
 „quod minus indulgenter cum eo actum
 „fuiſſet (*).

§. XXIX.

Philadelphix Episcopi ſententia.

Mirum ſane acciderat, quod nonnulli Pallav. u. 11.
 ex Germanis, qui omnes paulo an- Sarp. p. 543.
 te illius poſtulati ſtudioſi credebantur,
 poſtea ſe illi adverſos declaraffent: por-
 ro inter hos fuit Leonardus Hallerus
 Philadelphix Antiftes, & Suffraganeus
 Euſtatenſis Epifcopi, qui ita perorabat:
 „repulſa quidem periculofa eſt, ſed in-
 „dulgentia pernicioſior evadet: de ce-
 „tero munus eſt Concilii, conſuetum, &
 „univerſalem ritum retinere, novum
 „vero, ac ſingularem recuſare, hanc ob
 „rationem Synodus omnino obſtricta
 „eſt, ut communes, receptoſque uſus
 „conſervet, novos autem, ac particula-
 „res

(*) Hæc quam falſa ſint, cuilibet Henrici
 VIII. hiftoriam perlegenti patet, ea autem a
 Continuatore pro ſuo arbitrio hic addita fuiſſe
 eo magis mirum, quo ipſemet in hujus Regis
 hiftoria nonnunquam Pontificem nimix indulgentiæ incuſet.